

## RHYTHMUS DE S. WILLIBORDO

(Dom GERBERT, *Script. de musica*, II, 121.)

Laudes Christo die nunc isto  
Celebrent omnes ubique fideles  
Magno tripudio,  
Ob venerationem patris eximii  
Sancti Willibordi.  
Hunc cœlitus delapsa enitens notavit luna,  
Quæ ejus matri visa per cœlestè oromia.  
Hinc veluti sidus clarissimum  
Sui jubaris radium  
Per mundi sparserat circulum  
Dum tetas peccati tenebras  
Cordè hominum insitas  
Verbi splendore fugaverat.  
Hoc gens Britonum atque Hibernia  
Cum omni Fresia,  
Hoc testantur Franci et Germani  
Gallorum populi.  
Nec inclita ignoravit hunc urbs Romula  
Etsi potens mundi dominia.  
Angelico quando præsul doctus oraculo

A      Illum subsecravit Domino.  
Dehinc fidei fervore succensus,  
Aras dæmonum fregit providus.  
Gladii ictus attigit  
Ipsius caput, aliquid sed non nocuit.  
Nam lympha suæ preci tradita  
Jam multorum agmina potavit in arida.  
Tum vini auxit satis pocula :  
Infirmis perplurima contulit subsidia  
Hic hodie verus Israelita  
Ægypti tenebras evasit  
Vicini auctus spoliis.  
Et veniens cum lucro fideliter,  
Audire neruit grataanter,  
Euge intra feliciter.  
B      Eia nunc devoti quem rogitemus  
Cuncti ore, corde psallentes ac dicentes :  
Nos tui qui festa colimus  
Mente pia, o clemens, clementer  
Adjuva semper.

ANNO DOMINI MCVII

# PIBO EPISCOPUS TULLENSIS

## NOTITIA HISTORICA

(Ex *Gallia christiana* novæ editionis, tom. XIII, pag. 991)

Natione Saxonius Pibo vel Poppe, parentes genere claros habuit, patrem scilicet Theotmarum et matrem Duguercam al. Udicam. Sub Annone magistro, qui postea Coloniensis factus fuit archiepiscopus, sex integrlos annos litteris studuit. Primum fuit canonicus in ecclesia Alberstadiensi, tum in Moguntinensi. Dehinc ab imperatore Henrico IV eleemosynarii et cancellarii munere honestatus, cum eodem principe anno 1070 Tullum accessit, ipso tempore quo de præsulis electione agebatur. Pibonis germanus Bernardus comes nibil non movit apud Cæsareum ut ad episcopalem dignitatem frater suus promoveretur. Evidem canonici, principis cognita voluntate, unanimi voto Pibonem in episcopum elegerunt. Probavit electionem Trevirensis archiepiscopus, regalusque ab imperatore Metis electum consecravit;

assistantibus Metensi et Viridinensi presulibus, qui novum episcopum usque Tullum comitati, pontifici sedi imposuerunt. Lingue Tullensem incertum Pibo, valde ingenuit quod populum sibi creditum patria lingua erudire non posset : verum etsi jam sexagenarius, tantam Francicæ linguae exhibuit operam, ut uno unius anno plebem suam capax fuerit edocere. Adalberoni abbatu S. Benigni Divionensis factas a decessoribus suis donationes hoc ipso anno 1090 confirmavit. Epistolam circa annum 1072 ab Alexandro II papa accepit, qua pontifex queritur quod ille ecclesiam Sancti Mauricii, sitam in loco qui dicitur Villa, super Blesam, eadem libertate vellet destruere qua dominus Leo papa Dervensibus concederat, ut inibi habitantes monachi absque ultra emptione altare S. Mauricii perpetuo possiderent,